



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XCIV. Knappe Busso von Walstove bestätigt, daß sein Vater seine  
Besitzungen zu Sannem dem Kloster Arendsee abgetreten, am 2. Februar  
1358.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XCIV. Knappe Buffo von Walstoue bestätigt, daß sein Vater seine Bestzungen zu Sannem dem Kloster Arendsee abgetreten, am 2. Februar 1358.

Ego Buffo, famulus dictus de Walstoue, filius Syfridi Junioris de Walstoue pie memorie, pleno omnium meorum heredum consensu et amicorum recongnosco et protestor et fide-tenus promitto, quod infringere nolo litteras super bona, que pater meus vendidit et dimisit in villa zanneme preposito, Priorisse Totique Conuentui in Arnse, videlicet Curiam, quam nunc relicta gherardi de bukow possidet, soluentem annis singulis in quolibet festo Beati Martini episcopi et confessoris decem et octo modios filiginis in pachtu et decem denarios Brandenburgenses in censu cum decima minuta et pullo fumali et cum omni Jure supremo et infimo infra sepes, cum aduocacia et omni seruicio, quod fit cum curribus et equis. Quam quidem Curiam Sophya vxor vickonis Brukers pie memorie nomine vitalicio habuit et possedit. Preterea ego Buffo vna cum meis veris heredibus veram warandiam facere volo in Curia et Bonis prenotatis Enghelberto prouisorio sanctimonialium in Arnse, priorisse totique conuentui Jure hereditario Justo pheodo perpetuis temporibus possidendum, quemadmodum recongnosco meis litteris patentibus et apertis. Testes sunt aduocatus in Saltwedel hinricus vofstener, Godekinus hermanni, Dulle kersten, hennike Neylinghe. In huius rei testimonium Sigillum meum vna cum Sigillo Buffonis de Garthow et gherrardi famuli dicti de walstoue presentibus sunt appensa. Datum zaltwedel, Anno domini M°. CCC°. LVIII°. In die purificationis marie virginis gloriose.

XCv. Ablassbrief eines bischöflich Verden'schen Generalvicars für das Kloster Arendsee, vom 29. Juni 1358.

Frater Iodewicus, dei et apostolice sedis gracia Episcopus foyensis, ex premissione et Commissione honorabilis viri domini Gherardi de Scowenburg per Ciuitatem et dyocesim verdensem in spiritualibus et temporalibus vicarii generalis in pontificalibus per eandem ciuitatem et dyocesim vices gerens, religiosis puellis seu virginibus Priorisse ceterisque sororibus in Arneffe ordinis sancti Benedicti salutem in domino. Quia decens est, vt vester patronus sanctus Benedictus, sub cuius regulis estis institute, a vobis feruentius honoretur et ex hoc maior deuocio vobis et populo acquiratur, volumus et ordinamus, ut in festo predicto omnes et singule ad sacramentum eukaristie sumendum vos salubriter disponatis, et ut fructum maiorem et uberiorem ex hoc acquiratis, cuilibet vestrarum, que hoc festum secundum nostram impositionem deuote peregerint, XL dierum indulgencias et vnam karenam auctoritate nostra, Totidem ex speciali commissione reuerendi in Cristo patris ac domini, domini Danielis, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum petri et pauli consili, misericorditer relaxamus. Ad cuius firmiorem confirmacionem nostri